

- illic, ut perhibent, venit genus omne volantum,
 quas, Europa, tuus nutrit opimus ager.
 Pars sedet in scopulis, residet pars plana per arva,
 arboreis ramis pars quoque multa sedet.
- 205 Militiae in geminam partem distincta iuventus,
 utraque conflictum pars meditatur hians.
 Quattuor accipitres veniunt hinc, quattuor illinc,
 quattuor et totidem parte ab utraque capi.
 Primo hi congressu perimunt se hinc inde vicissim,
- 210 accipitrem accipiter seu capus ipse capum.
 Rostra instant rostris, configunt unguibus ungues;
 quo paria arma vehunt, hinc mage se perimunt.
 Egit id Emathiis populus Romanus in arvis,
 cum fera bella gerunt, hinc socer, inde gener,
- 215 cum fratrem frater perimit vel amicus amicum,
 quando pares aquilas et paria arma vehunt.
 Nempe duae volucres magnae evasisse feruntur,
 quae non pugnarunt; cetera turba iacet.
 Utraque pars vincit, mulcet victoria neutram,
- 220 utrimque oppletam strage reliquit humum.
 Ut furor Annibalis complevit funere Cannas,
 funere sic avium haec rura repleta manent.
 Singula quis referat: quae, quo, cur, quando, vel unde?
 Monstrata haec crebro tempore signa patent.
- 225 Quando erit illa dies, cum nostrum intrabis in hortum
 atque leges nostras ungue libente rosas?
 Et tua magna sitis mage seu mage crescere gliscet,
 dum, quod semper amas, carmine plenus eris.

201 Illuc *F* — peribent *T* — volatum *H* — 202 Quas *TGFH*, Quos *S. D.* —
 eoropa *TG* — 203 scopulis *TG* — plena *H* — 205 distincta videntur *F* —
 207 Quattuor . . . quattuor *G* — 208 Quattuor *G* — 210 & capus *F* — 211 nostris
H — 212 patria *F* — ueunt *T* — hic *H* — 213 idemmathiis *G*, ematiis *F* —
 214 hinc soror *C.* — 215 Cum frater fratrem *S.* — 216 ueunt *T* — 217 duo *T*
 — euasisse *S. FH*, auolasse *T D.*; āuauisse, *am Rand R. G* — 219 uicit *F* —
 220 oppletum *H* — reliquid *G* — 221 annibalis *TF*, annuiialis *G*, amabilis *H*,
 Hannibalis *S.* — 222 manent *S.*, patent *TGH*, placent *F* — 223. 224 *fehlen*
TGFH — 225 ortum *TGH D.* — 226 ungu *G* — 227 magne seu mage *F*,
 mage se mage *H*, mage se a crescere *G* — gliscit *H* — 228 erit *H*